



**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

cxxx [i.e. xx]. Virtus creativa, saltem principalis, nulli creaturæ  
communicari potest

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](#)

no, absque eo, quod res ab æterno crearit; quām à termino non tantum educibili, aut à Deo & creatura simul creabili (patet enim, ab eo posse separari creationem, si nimis educatur, vel saltem hanc specie creationem, quā creatur à solo Deo, si creetur à Deo & creatura simul) sed etiam à termino tantūm à solo Deo creabili; etsi enim talis terminus, ut pote creatura, per suam entitatem exigat à Deo dependere, sitque ipsa radicalis dependentia, vi cuius non possit esse sine aliqua actuali dependentia à Deo, ipsa tamen formalis dependentia, quā actu & formaliter à Deo dependet, est illi quid superadditum, adeoque non essentialis; imò licet sine aliqua indeterminata dependentia formalis concipi & esse non possit, hæc tamen indeterminata dependentia non magis erit de ejus essentia, quām ubicatio, vel etiam ipse Deus. Est in termino, tanquam in subjecto adhesionis.

XX. Actio & virtus creativa, saltem principalis, ita Deo est propria, ut nulli enti creato aut creabili, ne quidem divinitus, possit communicari. Ex virtute enim creativa colligunt SS. PP. infinitatem naturæ, & ex hac

Hac vicissim potentiam creativam, ergo si-  
cut implicat, illam inesse creature, sic &  
hanc illi inesse repugnat. Et licet influ-  
xus causæ materialis, quem creator supple-  
re debet, sit finitus, est tamen talis, ut non  
possit suppleri in alio genere causæ, nisi  
à potentia infinita; sicut etsi concursus,  
quo concurrit Deus cum creatura, sit fini-  
tus, est tamen talis, ut à nulla creatu-  
ra suppleri possit. Dixi: *saltem principaliſ:*  
censeo enim, non repugnare creaturam,  
quæ obedientialiter elevetur ad instrumen-  
taliter creandum effectum, quem ipsa natu-  
raliter poterat educere, aut ad quem educen-  
dum elevari poterat; ad hunc enim virtutem  
innatam videtur habitura.

XXI. Actio conservativa est influxus cau-  
ſalis, per quem res immediate ante existens  
continuat suam existentiam, & quasi con-  
tinuò fit. Tali influxu res omnes creatæ di-  
rectè & immediate conservantur à Deo,  
juxta illud ad Heb. *Deus portat omnia ver-*  
*bo virtutis sua:* & per solam hujus influxus  
subtractionem annihilantur, etiam res ta-  
les, quæ de cætero, nequè ab ullo agente

h 2

extrin-